



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

45 Sponsalia de iure nulla, post Concilium Trident. nullum effectum impedimenti publicæ honestatis pariunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

retia contrahere non liceat, si tamen contrahit, verum, & validum iudicandum est. cap. non oportet. 28. q. 1. & glo. ibi. & DD. in 4. dist. 29.

DECISIO XLV.

45 Sponsalia quantumlibet nulla ob aliam causam, quam ob defectum consensus, ante Concil. Tridentinum impedimentum publicae honestatis, impediens, & dirimens Matrimonium inter sponsam, & omnes consanguineos sponsi usque ad quartum gradum, & e contrario inter sponsum, & omnes sponsae consanguineos usque ad quartum gradum, & produxerunt: cap. l. de spons. in 6. c. sponsam de spons. Post Tridentinum autem sponsalia de iure nulla, nullum effectum impedimenti publicae honestatis pariunt, sed neque modo tale impedimentum etiam ex sponsalibus validis natum, nisi in primo tamen consanguinitatis gradu impedit, ita ut sponsa modo cum consanguineo sponsi, qui vltiori gradu, quam primo, prioris sponsi consanguineus esset contrahere poterit; sicut e contrario sponsus, cum consanguinea sponsae, quae illi vltima primum gradum consanguinea esset, non autem cum ea, quae in primo gradu esset consanguinea, contrahere valet, ita Conc. Tr. sess. 24. cap. 3. de refor. matr.

DECISIO XLVII.

Ex cons. 3. alias 4. de despon. imp.

46 Quamuis duo impuberes, quorum masculus annos quatuordecim non complevit, nec femina duodecim iure humano prohibente, Matrimonium contrahere non possunt: cap. Puberes, de despon. imp. ex iusta tamen causa, puta pro bono pacis, ut tales validum inter se Matrimonium contrahant, Papa dispensare potest. c. 2. de despon. impub.

DECISIO XLVII.

Ex cons. 40. alias 1. de conuers. coniug.

47 Cum lex Concilij Tridentini sess. 25. cap. 1. de ref. matr. prohibeat generaliter, imo vniuersaliter & negative, ne quis ante finem anni nonitatus professionem faciat, & lex generalis, praesertim vniuersalis & negativa, vniuersaliter intelligenda sit, c. Solite. §. fin. de maior. & obed. teneri sponsa de praesenti, cuius sponsus, ipsa renuente, religionem est ingressus, habitum quo suscepit, tam diu expectare, donec elapso probationis anno professionem emisit nec praefigi potest terminus aliquis sponso, iuxta quem, vel profiteatur expresse, vel ad sponsam redeat, pro iure antiquo statutum fuit. cap. ex publico, de conuer. coniug. & cap. commissum, de sponsa.

DECISIO XLVIII.

Ex cons. 41. alias 12. de cland. desponsat.

48 Dispositio omnis verbo fieri potest, nisi scriptura ad actus valorem requiratur; gl. in cap. 1. de cons. in 6. in fi. unde & licentia quam dat parochus sacerdoti, ut contrahendo Matrimonio intersit, sufficit ut sit verbalis, & probari possit per testes, cum iura nulla specialiter requirant, ut licentia haec per scripturam concedatur.

DECISIO XLIX.

Ex cons. 42. alias 10.

49 Matrimonium bona fide contra ius humanum contrahentes, & longo tempore parati decem annis continuati in sua bona fide permanere relinqui debent. cap. quia circa, de consang.

DECISIO L.

Ex cons. 43. alias 44. deest in Nouis.

50 Quia contracto Matrimonio legitimo per verba de praesenti cum puella nubili nondum tamen per copulam cognita, rem postea cum foru sua habuit sine vltia obtenta dispensatione cum dicta puella contrahere potest: eo quod Matrimonium cum ea contraxit, antequam impedimentum hoc affinitatis in primo gradu superuenit, & impedimentum affinitatis superueniens post contractu

Matrimonium non illud dirimit, nec impedit quoad vinculum: cap. discretionem, de eo qui cogn. consang. vxor. indiget tamen adulter dispensatione ad debitum coniugale ab ea petendum; ob id dictum impedimentum affinitatis, cap. ad limina. 30. q. 1. innocens vero illud petere potest.

DECISIO LI.

Ex cons. 45. alias 6. de elande. desponsat.

51 Matrimonium tempore pestis, vel alia de causa contractum, coram sacrista ecclesiae parochialis, clerico minorum ordinum solum, de licentia facta sibi ad id per parochum eiusdem ecclesiae, nullum, & irritum est; Cum pro forma substantiali Matrimonij in Concilio Trident. sess. 24. cap. 1. de ref. matr. statutum sit, quod vnus ex eis coram quo Matrimonium contrahendum est, sacerdos sit; adeo ut nec parochus, nec Episcopus sive Ordinarius hanc assensum nisi ei, qui sacerdos est, delegare possit.

DECISIO LII.

Ex cons. 46. alias 4.

52 Nisi deles sponsi, qui dum in infidelitate essent factis tamen sponsalibus de futuro se semel cognouerunt carnaliter; sine animo tamen tunc Matrimonium consummandi, existimantes adhuc nullum posse inter eos Matrimonium esse, eo quod secundum leges eorum non publice & legitime contraxerant, ad fidem conuersi Matrimonium per verba de praesenti contrahere debent secundum formam Conc. Tridentini, ita ut faciendae sint proclamationes per quas si iouentur cognati, vel affines intra quartum gradum, verum Matrimonium sine dispensatione contrahere non possunt, licet ante conuersionem, & baptismum potuissent; quia simul ac christiani effecti sunt, ecclesiae legibus subiiciuntur. Arg. cap. 1. de cons. & cap. gaudemus de divor. & cap. non debet, de consang. & affin. & Conc. Trident. sess. 24. cap. 1. de ref. matr.

DECISIO LIII.

Ex cons. 47. alias deest in Nouis.

53 Matrimonium inter se contrahere volentes, & timentes impedimentum sibi in curate, cuius sunt incola factum tri, & ideo in aliam civitatem longe ab illa sitam abeuntes, in qua post aliquot dies ibi morantes Matrimonium in facie ecclesiae contrahere volunt, illud facere debent praesente parocho, vel alio Sacerdote de parochia ipsius, vel ordinarij licentia, id est, Episcopi, vel Vicarij eius Generalis arg. gl. sing. Cle. i. ver. praesens parochus, vel alius Praelati habentis iurisdictionem quasi Episcopalem, qui superior esset Parocho loci, cuius Parochianus est, qui, vel quae contrahere vult; quidem etiam habent Caedimules in suis titulis, cap. ls qui, de maior. & obed. cum proprius contrahentis Parochus in Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. de ref. matr. intelligatur, in cuius parochia contrahentes habitant tempore, quo Matrimonium contrahunt.

DECISIO LIV.

54 Cum parochus extra suam parochiam, & Ordinarius extra suam diocesim priuata persona censentur saltem quoad exercenda in suam potestatem, i. terra adiuncta glo. ff. de off. praesid. & proclamationes tribus continuis festis diebus faciendae sunt in parochia in qua contrahendum est; ea. fina. de clandest. despon. & Innocen. & Pan. ibi. Nec licentia parochi, vel ordinarij ad contrahendum Matrimonium extra suam diocesim; Nec praesentis parochi, ordinarij, aut ab eo licentia, extra territorium, vel diocesim suam sufficit sed necessaria omnino est praesentis parochi, vel alterius Sacerdotis de ipsius parochia, seu ordinarij licentia, in propria parochia, vel diocesi, ut Matrimonium valide secundum Concil. Trid. forma in sess. 24. cap. 1. de ref. matr. contrahatur; Eo quod ratio quare Conc. desiderat praesentiam parochi, vel sacerdoti ab eo, vel ab ordinario licentiam in Matrimonio contrahendo sit, ut cum maiori auctoritate, quam habet in subditum in eo loco, in quo contrahitur Matrimonium, fiat Quae auctoritas plane cessat, cum eiusmodi praesentia